

sis, qui alio nomine [a] dicitur Stultus, Girardus^{de Massi} a^a lione [b], et Rizardus senex, cum infinitas saepissime de Saracenis, Deo iubente, habuissent victorias, anno dcccxi^c cum Marselio [c] rege Hispaniae et ejus exercitu apud Roncevallem a mane usque sero gravissimum commiserunt praelium; sed cum Rolandus [d] suo innumerabiles [e] interfecisset gladio, dicta die, siti et aestu laborans, praetiosam omnipotenti Deo reddidit animam. Auliverius vero et alii fere omnes, martyrio coronati, migraverunt ad Dominum. Dicitur etiam de Carolo quod Hierusalem a Saracenis detentam (37) occupasset [f]. Post ejus quoque decessum, iii filii ejus [g] Pipinus videlicet et Carolus, Lodovicus et Lotharius, regna inter se sortibus diviserunt (38). Carolus habuit Germaniam, Pipinus Burgundiam, Lodovicus Franciam [h] et Lotharius Italiam (39). Hic factus est Romanorum imperator. Quodam tempore (40) Romam pergens, a Faventinis receptus est honorifice qui curtem quandam, Aceretam [i] nomine, ad pedes Alpium positam, Faventino supposuit comitatu. Lantiranum [j] autem, quod comes Tigrinus invaserat, restitui fecit Episcopo.

L civitatem / diu

1/

2/ 3/
2/ 4/

De eo quod Tigrinus et Englarata matrimonium contraxerunt.

CAP. VIII.

Post multum vero temporis, anno videlicet dccc^xxv post Domini nativitatem, Englarata filia Martini ducis de Ravenna qui ducatum Romaniae a Romano habuerat Pontifice [c], apud Mutilianum [d] suum honorabile castrum [e] magnam tenebat curiam. Contigit eo tempore Tigrinum Tusciae comitem venando quamdam usque Mutilianum persequi cervam. Audito etiam quod ibi tanta esset domina, cum cerva quam ceperat, ad ipsam devenit; cui profecto in tanto placuit, quod in ipso die matrimonium contraxerunt [f]. Qui per totum ducatum tyrannidem exercentes, Petrum

[a] Ansis, qui alio nomine, sic C. V. In C. M. Anscis. — [b] Girardus... a lione. Hic cod. M. et reliqui mauci sunt. Legi posse Cl. Mittarellius putat: Girardus... un Lione. In C. V. Ghirardus... Alione. — [c] cum Marselio, C. M.; cum Marsilio C. V. — [d] sed cum Rolandus. Sic Cl. Mitt. legit C. M. In C. V. quare cum Rolandus. — [e] suo innumerabiles. Sic legendum. C. M. habet suos pro suo. — [f] detentam occupasset, C. M. In C. V. civitatem ejus... sed perperam. — [g] iii filii ejus, C. M.; quatuor filii ejus C. V. — [h] Lodovicus Franciam, C. M. Alii codd. Lodouicus. — [i] apud Mutilianum. Sic codd.; vulgo, Modiana, vel Modigliana. — [j] matrimonium contraxerunt, C. V. At Cl. Mitt. legit contraxerint.

[A] Aceretam^{3/} Fortasse hic locus erat, unde nomen desumpsit vallis, quae nunc dicitur de Acereto, vulgo Val di Cereto. Profecto per hanc itur Terdotium aliaque loca, ad Apennini latus, quo nos respicit, sita.

3/ 3^a c. 7. / 10

[B] Lantiranum^{4/} Nunc est ecclesia Sancti Petri de Lautirano sive Lutirano, una ex septem paroeciis, quas complectitur Congregatio, ut vocant, Sancti Ioannis Baptistae in Valle de Acereto. V. SCALETTA, Notiz. della Dioc. di Faenza, pag. 29. Bon.

4/ 3^a c. 7. / 10

[C] Tunc enim Ravennam et reliquas Exarchatus civitates regebat Romana Ecclesia. Sed juxta Cl. Muratorium (Dissert. V Med. aev.) hujusmodi titulus Ducis, praecipue inter Ravennates, non a ducatu Romaniae est repetendus. Vide loc. cit.

[D] Mutilianum, vulgo Modigliana, oppidum est non ignobile, ad meridiem undecim hinc milliariis distans, ad Faventinam dioecesim attinens, in ducatu vero Etruriae, cui paret, comprehensum.